



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

26 de variis artificibus obiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

¶ Appellatione ¶ quoque medici & medicæ continentur, l. 1. §. *sin autem aliqua arte, de commu. seru. manumiss. lib. 7. C. tit. 7.* & mulieres quæ inter medicos enumeratæ sunt: alibi obstetrices di. uuntur, atque eodem pretio, quo medici, æstimantur sexaginta solidorum, l. si. *commun. de leg. lib. 6. C. tit. 33.* & artem habere dicuntur, in l. 1. *in prin. de uentre inspiciend. lib. 25. P. tit. 4.* Inter medicos, quia illa medicamenta exhibeant, obstetrices ponit Vlpianus quoque, l. 1. §. *sed & obstetrices, de uariis & extraord. cog. P. §.* Sunt ¶ & ex medicis quidã dicti archiatri, id est, principis medici, vel qui principales medici & præcipui sunt, videlicet delecti a decurionibus ex publico salarium accipientes, l. 1. *de decur. ab ord. facien. in P. leg. archiatri. 9. & l. si quis in archiatri. 10. de profess. & med. lib. 10. C. tit. 52.* Comitatum archiatriorum constituit dignitatem Cassiodorus, eiusque formulam tradit lib. 6. *Variarum. c. 19.* Meminit de hac dignitate comitatus archiatri Augustus Cæsar, & ei, vicarij & ducis, qui administrauerit priuilegia, concedit, in l. *unic. de comitib. archiatri sacri palatii, lib. 12. C. tit. 13.* Narrat Ioannes Zonaras 2. *tom. annalium,* Augustum, cum esset consul & senatus fuisset ab Antonio Musa, ei concessisse inter cetera ius aureorum annulorum, nec non immunitatem, & pariter medicis aliorum hominum, immunitatem omnium tributorum, & onerum publicorum, quod & testatur Dio Cassius, lib. 53. ¶ Medicorum ¶ leges quædam singulares, vna Vlpiani, vt si medicus, qui dum ægum curaret, eundem compulsi medicamenta aduersa inferendo, vt ei possessiones suas contra bonam fidem venderet, præses prouincie factum coerceat, itemque restitui iubeat l. 3. *de var. & extraord. cog. in P. l. illicitus, de offi. præsid. l. si per impressionem, quod met. caus. C.* Imperator Valens ait, pati se medicos potissimum publicos capere, quæ sani offerunt, non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt, l. *archiatri. 9. de profes. & med. c. lib. 10. C. tit. 52.* ¶ Alia lex, ¶ vt sicuti medico non imputatur mortalitatis euentus, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debeat: prætextu enim humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines innoxiam esse non debet, l. *in illicitis. 6. §. sicuti medico, de offi. præsid. lib. 1. P. tit. 18.* Nemo enim affectare id debet, in quo se, vel intelligere debet suam infirmitatem, vel imperitiam periculosam alii fore, Caius, in l. *idem iuris, §. mulionem ad l. Aquil. libr. 9. P. tit. 2. §. impetu. §. iniuria, de leg. Aquil. ap. Iustin. l. cum plures. §. seruum, loca. l. imperitiam, de reg. iur. l. damni, de damno infect. P. l. ex. si quad. paup. fecit. dica. P.* Et Proculus ait: Si medicus seruum imperite secuerit, vel ex locato, vel ex A. iustia competere actionem, l. *qua actione. 8. §. fin. ad l. Aquil. in P. §. imperitia, & §. sicut, eod. tit. ap. Iustinia. l. si quis fundum loca. P.* Et Caius idem iuris esse ait, si medicamento perperam usus fuerit, sed & qui bene secuerit, & dereliquerit curationem, securus nõ erit, sed culpa reus intelligitur, Caius, l. *idem iuris. 8. ad l. Aquil. P.* siue gratis, siue mercede conductus operas medicus suas adhibuerit, gl. *in l. notat. in d. l. idem iuris.* Itaque si obstetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit, Labeo distinguit, vt si quidem suis manibus supposuerit, videatur occidisse: si vero dederit, vt sibi mulier offerret, in factum actionem dandam, vt pote, quod magis causam mortis præstitisse, quam occidisse videatur, l. *in l. uem. si obstetrix. 9. ad l. Aquil. in P.* Et vulgo tamen occidisse videtur, qui & causam mortis præbuit, l. *in l. uem. si obstetrix. 9. ad l. Aquil. Atque mors ægri ex medici inficitia, recte imputatur, Al. henus lurs. cons. in l. si ex plagis. 53. ad leg. Aquil. eidem. ¶ Num ¶ autem medicus, qui a podagra libera: aliquem promiserat, pacta mercede & accepta, morbo sublato, eodem recurrente teneatur sine mercede curare, & acceptam restituere, de quibus disputat glossella quædam, & concludit negative, gl. *in l. martius. 6. loca. h. 91. P. tit. 2. ¶ Medicinæ exercere artem inhibitu est, potissimum chirurgicam subdiaconis, diaconis, & sacerdotibus, quæ incisionem, vel aduersionem inducit. c. 3. & c. sent. ca. 9. ne cleric. vel monach. lib. 3. Decr. tit. 50. Et multum monachus dicitur delinquere, officium chirurgi vsurpando, quod sibi minime congruit, c. *tuas nos. c. 19. de homicid. lib. 5. Decret. tit. 12. ¶ In modo ¶ curandi, lex illa concilio generali imposita in c. cum infirmis, ca. 13. de pen. & remiss. lib. 5. Decr. tit. 38. vt cum medici primum ab ægrotis, videlicet grati infirmitate, & quæ non indiget cleri remedio, assistis, vocantur, ipsos antea moneant & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Cum causa cessante, nempe peccatis, ob quæ sæpe morbi a Deo immituntur, cesset effectus. De hinc alia in eodem conc. ne quis***

medicorum pro corporali salute aliquid egroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur, d. c. *cum infirmis. §. fin. cum anima multo pretiosior sit corpore. d. §. fin. & c. precipimus, 21. qu. 1. can. si habes. 2. q. 3. l. sancimus, C. de sacrosan. eccle. ¶ Medicis ¶ peritis deponendis de vulnere, num sit mortale, vel curabile, ciedi par est, l. *semel. 6. de re milit. lib. 12. C. t. 36. & ibi Barth. Rebuff. de Platea, Luc. de Penn. l. si in rixa tractat hoc late Barth. in l. de uentre inspici in P. per eum texum, Boer. decif. 323. nu. 21. 22. 23. Bar. Alber. & alii in proom. P. & in l. fin. ad leg. Corn. de sicar. P. lac. de Bello iust. in tract. crim. tit. de questionib. Decius, consi. 415. num. 11. vt aliis in sua arte peritis, l. 1. si mens. fal. mo. dix. in P. l. lacus, de acq. rer. dom. Imo vni tantum, si vnum tantum ciuitas habeat, §. *quod autem, de non ali. re. eccl. in auth. Bart. in d. l. 1. nu. 4. de vent. inspici. P.* Nam & iurisconsulti, vnius medici testimonio, in legibus constitutendis de his quæ ex medica scientia & physica pendent, contenti fuerunt, l. *septimo mense, de stat. hominum, in P. §. vnum, de restitu. & ea que par. in 11. men. colla. 4. ¶ Cauere ¶ tamen debent iudices, qui relationes medicorum super vulnera factas diiudicant, num pretio, vel amore, vel alio modo illegitimo extortæ sint, an non adhibita vulnerum, vel morbi debita consideratione: ex his enim sæpe imponunt rei ad vitandam debitam vltionem iudicibus, & ipsi vulnerati sæpe ad exacerbandam vindictam censuram aduersus vulneratos, leuiores procurant fieri. Et Paul. iurif. iuber, ictus singulos diligenter inspici, l. *fin. ad leg. Corn. de sicar. ¶ Quod ¶ enim relatum est semel a medicis vulnus non fuisse lethale, hoc efficit, vt si postea vulneratus moriatur, præsumatur mortuus ex cura non adhibita, vel mala custodia, Joan. de Platea, in l. *semel, de re milit. lib. 12. C. & ex culpa vulnerati, veluti quod non adhibuerit medicum, vel malum adhibuerit, l. quod si noli, 31. §. si mancipium, de adl. edit. lib. 21. P. tit. 1. ¶ Idem ¶ in obstetricib. obseruare debet iudex, vt perquirat si bonæ famæ, & honestæ, si nihil obiciatur, si expertissima in arte, & fratermatris, c. 6. de frigid. & malef. lib. 4. Decr. tit. 15. nam istis creditur, si de virginitate probanda, vel de ventre inspiciendo, vel imprægnatione, vel potentia cocundi, agatur, l. *de vent. inspiciend. P. ca. proposuisti, & cap. cassiam, de probat. c. si de frigid. & malef. eod. Admittuntur autem & probationes contra mulieres huiusmodi, & contra earum inspectionem: quia sæpe corrumpuntur illa iudicia, & sæpe quoque manus fallitur, & oculus oblectricum, d. c. *casiam, c. 14. de prob. ap. Greg. can. nec aliqua. 37. q. 1.*******

De variis artificibus obiter. Cap. 26.

- 1 Pistorer.
 - 2 Textores artifices, & eorum leges.
 - 3 Fullones qui, & de quo teneantur. Item 4.
 - 4 Sarcinatores qui, & ad quid teneantur pro rebus acceptis. Vestium damna penes sutores vel fullonem, ad quem pertinent, eodem.
 - 5 Sutor retinere potest vestem pro mercede futura, eod.
 - 6 Tinctorum lex. Baphia Romani imperii, eod.
 - 7 Balneatores vitiores histrionibus. Balnea publica, priuata, eod.
 - 8 Balnea num prohibenda, vel necessaria.
 - 9 Coqui an inter artifices.
 - 10 Laniones, & eorum instrumenta.
- Pistores ¶ erant olim Romæ, & nunc vbiq, qui ex lege constituta panem faciebant, & vendebant. Erant pistores in palatio Cælaris, mancipia & subiecti comitum horreorum, qui ad dignitatem, vel officium aliud non poterant conscendere, l. *de pistor. lib. 11. C. tit. 15.* Dabatur quippe olim palatinisannonam in panibus coctis, nec licebat in frumento exgere, l. *de frum. urb. Conflans in op. lib. 11. C. tit. 23.* ¶ Africanus ¶ numerat inter artifices textores, l. *textoris. 59. de leg. 3. lib. 3. P. tit. 1. Istit lex a Deo olim imposita, ne vestimentum ex lana linovæ contexerent, Deus. c. 22. Prohibitum iure Romanorum priuatis habere vestes sericas intertextas auro, l. 1. & 4. *de vestib. solobar. lib. 11. C. tit. 8.* Etiam principis olim textores, mancipia videlicet ciarti addicta, quos qui occultasset ternis libris auri pledebatur, leg. *qui texturis nostri. 6. de murilegul. lib. 11. C. tit. 7. ¶ Fullones ¶ sunt, qui lauant, tingunt, poliunt, vel curant vestimenta. Vt sarcinatores, qui sarciant. ¶ Artifices ¶ quoq, leges habent in iure perfitas: nam primum si sine mercede constituta vel promissa quis fulloni polienda curandaue vestimenta, aut sarcinatori dederit sarcienda, mandati competit actio, §. *si de mand. ap. Iustin. lib. 3. tit. 27. si mercede constituta,***

fitura, locati: si sine constitutione mercedis tamē ea se, vt constitueretur postea, p̄scrip̄tis v. bis in factum. *Causa, l. si tibi polienda 24. de p̄scr. verb. lib. 19. P. tit. 5. §. 1. de loc. ap. Instim. Qui faciendum quid, vel poliendum conduxit, culpam p̄stare debere, & quod imperitia peccauit: nam ibi culpam esse Celsus respondit: quippe, vt artifex, inquit, conduxit. *In l. in leg. si quis fundum 10. §. Celsus, loca. in P. lib. 19. tit. 2. Neque enim quis debet affectare opus, in quo scit, vel int. ligere debet imperitiam suam alii fore damnosam. *Idem iuris, in suo, ad leg. Aguil. P. §. imperitia, eo. tit. ap. Instim. Si vestimenta tua fullo perdidit, si possis facile condicere, condicis, & petis sumtibus fullo nisi tibi condemnabit, tuas autem actiones tibi ei p̄stare compellet, *tubolen. in leg. cum in plures, §. 2. §. vestimenta, loca. P. Nam p̄test dominus condictione futiua, & rei vindicatione, aduersus furem qui accipit a fullo agere: quanquam actio furti soli fullo competat non domino, si modo fullo qui tenetur domino sit soluendo, *l. itaque, de furt. P. §. fullo, de oblig. que ex delict. nasc. Vlpiani alia singularis, & vsui quotidiano accommodata lex. Si fullo vestimenta polienda accepit: ea; mures roserint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere, & si pallium fullo permutauerit, & alii alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiam si ignatus fecerit, *Vlp. in litem queritur 14. §. si fullo, loc. P. De materia fullo num. tractat Speculator, tit. de executione sententia; §. 6. vers. 10. Vlpianus etiam aliam addit legem ex Trebatio, posse prohiberi fullo, qui fullo nicas circa fontem perennem currentem instituit, ne aquam contineat, neve eam spurcam immitat, *Vlp. in l. ap. Trebatium, de aq. pluvia arc. lib. 39. P. tit. 3. Iulianus etiam refert, eum cui legatus est vsusfructus domus, meritoria ibi facere non debere, videlicet neque diuersoria, neque fulonica, *in l. equisimum 17. §. si, de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. Subuenitur etiam futuro, vt possit retinere velste pro mercede futura; *Bald. in l. fin. C. commo. facti Vlp. a. in l. huius enim 6. in fin. qui potio, in pig. habeant. *in P. §. Tinctorum §. legem habent impostam, ne p. iuatorum v. sibus tingant lanas colore simili coloris muricis, neve purpuram, *l. antepen. §. si, de vesti. ob. baris, lib. 11. C. tit. 8. Erant etiam epul. Romana per p. ouincias imperii certa loca destinata pannis tingendis, vbi baphia erant, id est, officina tinctorum, & illis procuratores p̄positi: veluti procurator baphii Tarentini, Calabria: procurator baphii Salontiani, Dalmatia: procurator baphii Cilsensis, Venetia; & Histria: procurator baphii Syracusani, Sicilia: procurator baphiorum omnium per Africam: procurator baphii Gtbitani prouincia: Tripolitana: procurator insularum Blearum in Hispania: procurator baphii Telonenfis Gallia: um: procurator baphii Narbonensis, *in libro qui notitia prouinciarum************

*vt in §. Imperii, §. Balneatores §. sunt balnea lib. mancipati. libe 6 quis. qui dicitur deterioris & vilioris conditionis, qua histriones ab Vlpia. in l. sed & si quid. de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. Erant olim balnea, & publica & priuata & nunc quoque alicubi. Publicum omnibus patebat, vt qui prohiberetur ab eo, posset etiam experiri actione iniuriarum, *l. 2. §. si quis in muri. ne quis in loc. pub. Publicis & expensis fiebant ista balnea publica, vt videre est apud Plinium secundum, *lib. 10. E. v. ff. 38. Sunt prouincia quaedam, quae balneo, um habent necessariam & salutarem causam, ob aëllus peller dos solis, & feces ob sudorem concietas depellendas. *¶ Quinqueque modi tamen sint constituti: nis ceteri loca, putantur alii ad voluptarem potius & ad effeminandos homines balnea esse inuenta, & improbanda nisi ad depellendos morbos, vel ex aliis de causis necessariis adhibeantur: quo casu & clericis religiosis, *can. omnes qui 23 q. 1. & omni die etiam festo, ca. perueni, de consecrat. dist. 1. 3. permittuntur. Atque cum rex Maurorum Toletam ciuitatem amisisset, & palantes milites eius adorti fuissent, & vicisset septem comites Alphonfi Sexti eius nominis regis Hispaniarum in loco vulgo dicto *Alcazar de Confrigna: Rex Alphonfus calamitatis huius causam suorum animis nimia melitiae effeminatis imputans, balnea, aliaque id genus illecebras, quas Mauri Toleri constituerant, sustulit, & populum ad pristinam virtutem & senectatem reducere est conatus, *Francis. Tarapha. lib. de regib. Hispania. in Alphon. 6.*******

*¶ Coqui § inter artifices connumeantur a Caio, in l. si quid venditor 18. §. si, de adit. edict. lib. 21. P. tit. 1. & a Martiano, *l. seruus legatus 63. §. si in seruus, delega. 3. lib. 32. P. tit. 1. Iurifconsul. quod & tuentur Ludouicus Roman. in sing. 51. & Felinus in ca. 1. in prin. de offic. & potesta. indic. delegat. & Franciscus Cremenfis, in sing. 98. Andreas porto B. b. b. multas disputat, *ad tit. de offic. ordin. coquam habere officium: verum & officium & a tem habere simul placuit. can. ne nates. de consecr. dist. 3. & coquum principis habere dignitate tuetur: Baldus. ad rubr. quis dica. dux, mar. in v. lib. feud. Neque etiam est qui ambigat, certa esse praecpta bene condiendi edulia: si modo legerit librum Platinae de honesta voluptate. Putant & alii, & verum est, partem vnam medicinae in delectu ciborum, & in illis preparandis vsuari, que *diuina est. ¶ Sed § nos de coqui consideratione, arte, & officio, 9 alibi plura diximus lib. 18. Synaxeon artis mirab. ca. 36. quae non repero. Coquorum veluti officiarum, & administri sunt laniones, quorum instrumenta quaedam refert Paulus in l. cum de lanionis 18. de fundo instructo, *§. c. lib. 31. P. tit. 7. quae pro lanianta, & vendenda carne necessaria illis dicit, nempe menfas, trutinas, pondera, ferramenta, cultros, dolabras, &c.*****

DE MILITARIBVS PERSONIS, ET RE MILITARI LIBER XIX.

De Militibus, & paganis, & militia inermi.

Cap. 1.

- 1 Militia ars est.
- 2 Homines milites, aut pagani.
Pagani qui, eod.
Et pagani: sunt & paganicum. §. 3.
- 3 Semipaganus quis apud Persum.
- 4 Milites vnde appellati.
- 5 Lat. onus qui milites, & quare dicti.
- 6 Militia & militum species.
- 7 Militia spiritalis a vsu.
Anglorum milit. a, eod.
- 8 Militia literariam quibus inueniatur.
Militia apparitorum, & aduocatorum, eod.
Professores legum post viginti annos comites sunt, eod.
- 9 Militia palatina inermis que.
Palatini milit. diuersi generis, eod.
- 10 Militio ex casta que.
- 11 Militia honoraria.

Milites partem habent quandam quoque adquisitiam, vt alibi docuimus lib. 25. Synaxeon, c. 3. & ita inter artifices annumerari, eos par est. ¶ Ab illis § itaque nata

& alia personarum distinctio, quae & publicas, & priuatas personas potest complecti: vt alii dicti sint pagani, alii milites. Pagani proprie dicuntur, qui habitant in pagis vel oppidis rusticis, a fontibus ita dicti: quia circa fontes soliti erant antiqui edificare domos & villas, a quationis facilioris causa, vt ait Festus, sic dicitur τῶν πηγῶν, n. in a. D. rice mutato pagi & pagani rustici ¶ Ve § & Per § sius in principio, semipaganum, videlicet semidoctum, nō omnino ablutum vel faru: um fonte inuisum, qui Poetas reddere dicebatur. Sic enim intelligo prius, quam semirusticum, vt dicam semipaganum quasi semifontanum, nō omnino aqua fontis participem, verborum & contextus id docet.

*Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicampi somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic Poeta prodirem.
Heliconadaeque, pallidamque Pirenem
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hedera sequaces: ipse semipaganus,
Ad sacra votum carmen adfero nostrum.*

Sic opinor, Diuus Augustinus recte vocat ethnicos seu infideles idololatrias, paganos, velut barbaros, & ignaros vere legis. Et inde paganismus, error, siue infidelitas, quibus verbis & Caesares Christiani in eadem significatione, vsi sunt, titu-